

1995

CODICES

1996

Fol. 371. habetur *Ejus Sermo de resurrectione Domini pronunciatus in die Pasche Anno domini M^o CCCC^o Vicesimo*. In illud: *Surrexit non est hic*. Marc. ult. hoc initio: *Venerabiles Patres &c. Evangelicus propheta ysaias, qui misteria resurrectionis &c.*

Fol. 381. *Principium primum in cursu biblie et postea IV. Principia five Prolusiones in totidem Libros Sententiarum, quarum I. subscripta: Anno 1421. In die S. Amandi, pronunciata in die S. Narcissi.*

A fol. 405. Sermones sacri VI. 1) in illud: *Secus pedes domini audiebat verbum illius* Luc. 10. 2) in illud: *Virtus dei est in salutem omni credenti*. Rom. 1. 3) in illud: *Considerate lilia agri &c.* Matth. 6. 4) in illud: *Beati qui habitant in domo tua*. Pf. 83. 5) in illud: *Induamur arma lucis*. Rom. 13. 6) in illud: *Hij sunt viri misericordie*. Eccl. 44. Atque postremus hic M. Petri de Pulka est, ut dixi Vol. I. P. 3. Cod. DCCCC. LXIX. et alias.

DCCCXVI.

U. 455
—64
Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 271. f. orditur Seriem Scriptorum in IX Volumnia compactorum *Johannis Fabri Ep. Vindob.* qui actis et scriptis de Ecclesia Christi optime meritus excessit a. 1541. ut pluribus docetur in *Scriptt. Univ. Vienn.* P. II. p. 51. et in *Historia mea vernac. Typographiae Vienn.* passim. Seriem similem dedi Vol. I. ut ejus

Index demonstrat. Quae in praefenti continentur, partim ἀνορογὰφα, partim amanuensium calamis exarata hic uno Numero comprehendere, et sub uno conspectu ponere visum est.

Vol. igitur I. habentur *Homiletica: Sermones de Sex operibus Misericordiae habiti Viennae an. 1538. ἀνορογοι numero VI. Sermones per Anni Dominicas manu Autoris, e quibus Sermones de Aduentu Domini dicuntur Exscripti ad impressuram, quae secuta est Coloniae 1541.*

Vol. II. habentur *Heretica ex Lutero et Erronea*. Enotantur videlicet ejus Opera additis animadversionibus.

Vol. III. *Adversaria polemica, plurimum contra Confessionem Augustanam, et varios Imperatori a Protestantibus oblatos Libellos directa, latina, germanica; item Lutheri Antilogiae typis deinceps non semel editae, v. g. inter Opuscula Lipsiae 1537. f.*

Vol. IV. *Adversaria primum polemica inscripta: Collectanea contra Lutheranos, in certos Titulos digesta; dein Collectanea ex Hebraeis, mense Julio Anno 1528. nullo Librorum biblicorum servato ordine. Notantur vero literis latinis Voces hebraicae variae addito significato.*

Vol. V. *Rursus Polemica. Primum quidem Libri III. De Fide, de Sacramentis, de Ceremoniis in Capite distributi, praemis ubique Lutheri locis et subiecta confutatione. Ad calcem additum: Dresdae XXII. Aprilis*

1530.

1997

H O M I L E T I C I.

1998

1530. Perorat Noster: *Prolixius de libero Arbitrio egi libris duobus contra Lutheri propugnatorem Phippium Melanchthonem iam pridem, ad quos adhuc nemo eorum respondit.* Hinc liquet, III. illos Libros nequaquam foetum esse *Job. Fabri*, sed τὸ Συμμάχῃ illius *Job. Cochlaei*; hic enim de *Libero Arbitrio Libros II.* scripsit contra *Melanchthonem*, qui mihi in edit. anni 1525. *Lipsiae*, ut videtur, curata 8. objacent. An autem nostri III. lucem unquam viderint, dicere non habeo. Dein sequuntur *Articuli erronei Picardorum Vualdensium 17. Pauperum de Lugduno 25. Dulcini Nouariensis (V. Spondanum ad a. 1307. et Muratorii T. IX. Scriptt. Rer. Ital.) 22. Eylardi Bremensis mihi penitus ignoti 12. Patavenorum et Albanensium 20. Hussitarum et Taboritarum 37.*

Vol. VI. habetur *Responsum a Carolo V. datum 2. Aug. 1530.* iis qui *Confessionem Augustanam* obtulerant, et quidem idiomate lalatio et germanico, prout indicavi *Vol. I. P. 2. col. 1791.*

Vol. VII. iterum habet *Polemica.* 1) *Responsum germ. ad Uhr. Zwinglii Epistolam: Ueber den erdichten, vffrierigen vnd vnwarhafftigen Ulrichs Zwinglins meisters zu Zürich schmabbrieff an doctor Johann Fabri kurtzlich vffgangen erber beschaid vnd eetlich antwert.* Ex ingressu patet, ad an. 1526. pertinere, quo *Sex Articulos* proposuerat *Zwinglio*, ad quos ille cum stomacho responderat. Vide *Scriptt. Univ. Vien.*

cit. p. 65. ubi *Thom. Murnerus O. M. et Articulos*, et *Responsum nostrum latino compendio reddidisse dicitur Lucernae 1528. 4. 2).* *Opusculum de Fructibus Haeresium*, quod incipit: *Quando Seruatoris nostri J. Chr. testimonio arbor, bonane, an mala sit, e fructibus cognoscenda venit &c.* Imperfectum. 3) *Stricturae in Erasmi et Lutheri varias sacri Verbi interpretationes numero 897.* abruptae. 4) *Lutheri Antilogiae*, ut supra. 5) *Opusculum n. 2.* adductum germanice.

Vol. VIII. continet 1) *Catechesin pro Maximiliano Ferdinandi Regis filio*, id est, *Loca V. praecipue Test. ad Principis institutionem facientia*, quorum expositionem oretenus dandam *Faber* sibi reservasse videtur. 2) *Praefationem in Libros III. de Fide et Operibus*, qui extant *Fabri Opp. P. II.* edit. *Colon. 1537. f. ad Bernardum a Glesio Card. Ep. Trident.* 3) *Censuram super noua apud Morauos Picardorum et cuiusdam indocti impiique Habrowansky secta &c.* quam jam *Vol. I. P. 2.* inter *Fabri Adversaria* indicavi. 4) *Ejusdem Librum de Edictis ac Mandatis Regum &c. aduersus hereses et earundem Autores*, qui extat edit. *Colon. cit. P. III. 1541.* 5) *Sermones de Festis SS. quorum primus in die omnium Sanctorum.* Additur: *Centuria secunda*; unde ineditos habeo; *Centuria enim prima impressa est Opp. T. III. Colon. 1541.* 6) *Apologia Joannis Fabri Episcopi Viennensis aduersus effectam a Lutheranis*

1999

C O D I C E S

2000

de Romanor. Hung. ac Bohe. &c. Rege Ferdinando Epistolam. Anno a nato Ihesu saluatore nostro. M. D. XXXVIII. Psalmo XXVI. Mentita est iniquitas sibi. Certe; quo enim animo tulisset Rex haec a domestico suo Fabro scribi, si reipsa Epistolam sibi imputatam exarasset? Aliud Exemplar jam Vol. I. P. 2. retuli. Vol. demum IX. comprehendit 1) Excerpta e Mart. Luthero in Psalmos XX. priores. 2) Alia e diversis ejus Scriptis, quae diligenter evoluit Faber, ut semper debuissent facere Polemici, neque tantummodo citare citata, congesta annis 1520. et 21. Inter haec etiam enotatus Job. Hufs de Vnitate Ecclesiae et quidem e typis, ut in calce dicitur, Anni MDXX. 3) Raitung des Bischoffs zu Triest vff den anspruch des Bistumb Wien, id est Series Transactionum inter Petrum Bonomum Ep. Tergestinum, et Fabrum nostrum Viennensem. Administraverat post Georgii de Slatkonja mortem Vir ille doctus et negotiis aulicis insuetus simul Viennensem Episcopatum inter annum 1522. et 23. dum Johannes de Revellis Praesul renuntiaretur, cui a. 1530. demortuo Faber suffectus est. Mutuae tum inter Fabrum et Bonomum partim aeris, partim supellestilis praetensiones ortae, quarum varii hic Syllabi a Judicibus firmati, et Sententia ab Arbitris Leonb. ab Harrach, Sigism. ab Herberstein, Feliciano a Pettschach et Marco Beck de Leopoldsdorf Neostadii jam a. 1523. lata habentur, quibus quaedam

Bonomi ad Fabrum Responfa, et tandem Summarium pecuniarum debitarum utrique parti Juxta recessum Dominorum Commissariorum accedunt. 4) Series Syngrapharum Fabri, quibus fidem facit accepti a Camera Aulica Salarii, titulo praevio: Registratur der Hofbesoldung. Anno 1538.

Jacet praeterea in hoc Codice Ternio, qui ita orditur: *Exterio-rem Hominem libro superiori R. P. satis superque descripsimus secundum animi nostri propositum. Nunc id aggrediemur quod in pollicitis fuerat. Nam de Interiore loquimur eo ordine, quo ab initio cepimus; a Capite enim cum exteriora narrauimus nobis fuit initium, et cum de interioribus ratiocinabimur, ab iis quae in capite sunt, sumemus exordium. Id quod sic: Calua continet cerebrum, quod in tres partes distinguitur &c. Exit Ternio in Tonfillis, his verbis: Tonfillas enim ueteres dixerunt dolatos palos in acumine et cuspidem. Itaque non nisi tertiam Libri partem habes. At cujus Scriptoris opus? Galeoti Martii Narniensis eruditi hominis ex egregia illa cohorte Mathiae Corvini Reg. Hung. qui illud Libris II. Jobanni Archiep. Strigon. cujus, uti et Regis, ne sui quidem oblitus laudes celebrat, inscripsit. Inde illud R. P. in principio. Adde, quod eas Fabricius et Mansius ignorarent, primas ejus Editiones: unam, quam principem habeo, f. l. et a. f. alteram Mediolanens. 1490. f. Tertia ibid. 1499. mihi suspecta est. De Scriptore varia in Xysti Schie-*

2001

H O M I L E T I C I.

2002

Schierii Commentat. de Regia Budensi Bibliotheca.

DCCCXVII.

R. 3124 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 109. 4. per duas columnas priore parte elegantius scriptus, et rubricis distinctus ita in anteriore theca notatur: *Hunc libellum testatus est Monasterio sancte dorothee wienne dominus Erhardus grütsch de maricbekg Confessor ad sanctum Jacobum.* Insunt vero I. lectae in adjumentum sacrorum Oratorum *Autoritates Patrum*, quas praecedit Elenchus docens, quaenam quibus-

vis Dominicis aut Festis per anni decursum usui esse possint, tum materiaram Index. Sunt vero Patres: *Dionysius, Hilarius, Chrysostomus, Beda, Isidorus, Augustinus, Symmachus, Cassiodorus, Haymo, Rabanus, Rabbi Moisse, Damascenus, Ambrosius, Origenes, Gregorius M., Bernbardus, Hieronymus, Anselmus, Hesychius, Adamantius*, quem mirere divisum ab *Origene*, uti et *Maimonidem* inter Doctores Christianos. Ad calcem adscripti sunt Lusus poetici in laudem cujusdam *Ludolfi Decani*, e quibus saltem Distichon istud retrogradum adscribi meretur:

*Est decus ecclesiae Ludolfus, copia morum,
Semita virtutum, lux pia justitiae.*

II. fol. 61. Sequitur *Opus super Miserere mei Deus.* Commentarium puta, cujus extrema in v. *Tunc imponent super altare &c.* exeunt in *Sermonem de Virginitate bonum*, numero tamen Capitum seu §§. procurrente, quorum etiam adtexta est *Tabula.* Autorem ignoro, nisi is sit *Udo* seu *Hugo de Vitonio* ex Ord. Praed. Cardinalis ✠ a. 1371. e quo *Quetifus Yvonem* seu *Evenum de Begaignon* T. I. p. 667. effingere conatur, quemque fide *Lusitani* et *Altamirae* in Psalmum *Miserere* scripsisse refert. Commentarius ceterum infit: *Miserere mei Deus &c. Septem sunt defectus impellentes homines ad querendam misericordiam dei. Primus defectus est fortune &c.*

DCCCXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 709 XIII. Folior. 285. f. max. per duas columnas minutius, sed nitide exaratus, coloribus illustratus et quondam donatus *Librarie Collegij ducalis* a M. *Petro Czech de Pulka* noto Theologo nostro, D. *Stephani* Canonico et Plebano in *Lausse*, five *Lauchsee*, Pago hodie dicto *Lafsee*, vastum Opus continet duplici Praefamine gaudens, quorum prius inscribitur: *Incipit prologus in opus subsequens*, et incipit: *Dilectis plurimum et diligendis semper in uisceribus ihesu christi uenerando clero romano et uiris scolasticis prophetarum filijs epulantibus in domo calui elysei pulmentum ex uase fictili. Petrus*